

vastavit. Igitur achaz spoliatam domo domini et domo regum ac principum dedit regi assyriorum mura: et tamen nihil ei profuit. Insuper et tempore angustie sue auxit contemptum in domino. Ipse pro se rex achaz immolavit deus damasci victimas percussoribus suis. et dixit: deus regum syrie auxiliante eis. quos ego placabo hostijs. et aderunt tibi: cum e contrario ipsi fuerint ruine ei et vniuerso israel. Direperunt itaque achaz omnes vasis domus dei atque confracti clausit ianuas templi dei et fecit sibi altaria in vniuersis angulis hierusalem. In omnibus quoque vrbibus iuda extruxit aras ad cremandum thus atque ad iracundiam puocauit dominum deum patris suorum. Reliqui autem sermonum eius et operum suorum bonum et nouissimorum scripta sunt in libro regum iuda et israel. Dormiuitque achaz cum patribus suis. et sepelierunt eum in ciuitate hierusalem. Neque enim receperunt eum in sepulchra regum israel. Regnavitque ezechias filius eius pro eo.

XXIX.

Hic ezechias regnare cepit cum viginti quatuor esset annorum: et viginti nouem annis regnavit in hierusalem. Nomen matris eius abia filia chazarie. Fecitque quod erat placitum in conspectu domini: in omnia que fecerat dauid pater eius. Ipso anno et mense primo regni sui aperuit valvas domus domini. et instaurauit eas: aduocauitque sacerdotes atque leuitas: et congregauit eos in plateam orientalem. dixitque ad eos: Audite me leuitas. et sanctificami mandate domum domini dei patris nostrorum: et auferite omnem immundiciam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri: et fecerunt malum in conspectu domini dei nostri derelinquentes eum: auertit facies suas a tabernaculo domini dei nostri: et reuerunt dorsum: clauerunt ostia que erant in porticu: et extinxerunt lucernas: incensumque non adolenerunt: et holocausta non obtulerunt in sanctuario deo israel. Locustas est itaque furor domini super iudam et hierusalem: ediditque eos in commotionem et in interitum et in sibilum: sicut ipsi cernit oculis visus. En conuerunt patres nostri gladijs filij nostri et filij nostris: et coniuges captiue ducte sunt propter hoc

scelus. Nunc ergo placet tamen ut ineamus fedus cum domino deo israel. et auertat a nobis furorem ire sue. Filij mei nolite negligere. Vos elegit dominus. ut steteret cora. et misisset illi colatiscos cum. et cremet ei incensum. Surrexerunt ergo leuitas: maath filius amasie: et iohel filius acharie de filijs caath. Porro de filijs merari: cis filius abda: et acharias filius ialalehel. De filijs autem gerion: ioha filius iemna. et eden filius ioaba. At vero de filijs elisaphan: samri et iabibel. De filijs quoque asaph: zacharias et mathanias: necnon de filijs heman: iabibel et semei. Sed et de filijs idithun: semeias et oziel. Congregaueruntque fratres suos. et sanctificati sunt. et ingressi sunt iuxta mandatum regis et imperium domini. ut expiaret domum dei. Sacerdotes quoque ingressi templum domini ut sanctificarent illud extulerunt omnem immundiciam quam intro reppererant in vestibulo domus domini: quam tulerunt leuitas et asportauerunt ad torrentem cedron foras. Leperunt autem prima die mensis primi mandare. et in die octaua eiusdem mensis ingressi sunt porticum domus templi domini: expiaueruntque templum diebus octo et in die sextadecima mensis eiusdem. quod ceperant implerunt. Ingressi quoque sunt ad ezechiam regem. et dixerunt ei: Sanctificauimus omnes domum domini. et altare holocausti. vasaque eius. necnon et mensam propositionis cum omnibus vasis suis. cunctamque templi supellectilem quam polluerat rex achaz in regno suo postquam peruaricatus est et ecce exposita sunt omnia coram altari domini. Resurgensque diluculo ezechias rex. adunauit omnes principes ciuitatis et ascendit in domum domini: obtuleruntque simul tauros septem. et arietes septem. et agnos septem. et hircos septem: pro peccato. pro regno. pro sanctuario. pro iuda. Dixitque sacerdotibus filijs aaron: ut offerrent super altare domini. Dactauerunt igitur tauros: et susceperunt sanguinem sacerdotum: et fuderunt illum super altare. Dactauerunt etiam arietes: et illozum sanguinem super altare fuderunt. Immo lauerunt agnos: et fuderunt super altare